



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

tationem.

- 17 Decimoquinto, In Monasterijs Monachorum, vbi commode fieri potest, lectio Sacre Scripturæ habenda est: qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc vti sedis Apostolice delegati eos ad id opportunis remedii compellere debent ex Concil. Trident. sess. 5. de ref. capit. 1. huiusmodi autem opportuna remedia esse excommunicationem censet Lezan. in Summ. qq. reg. tom. I. cap. II. num. II.

Obseruat etiam Rodriq. & Pererin. apud. eamdem Lezan. ubi supra tom. I. cap. 9. nu. 48. quod Concilij decreto satis fit, si habeatur lectio Theologiz Scholasticæ, vel moralis.

- 18 Decimosextò, si ab Episcopo ante incēptam ordinationem inhibitum fuerit sub pœna excommunicationis, nè quis ad ordinationem accedat non examinatus nec approbatus, vel sine litteris dimissorijs, hæc excommunicatio afficeret etiam Regulares, quia in illo actu subduntur Episcopo Nan. in Man. cap. 25. n. 72. Lezan. in Sum. qq. reg. cap. 14. num. 22. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episcop. par. 2. all. 10. nu. 23.

### S V M M A R I V M

- 1 Quando Episcopus possit procedere per censuras ecclesiasticas contra Regulares.
- 2 An Episcopus possit excommunicatos declarare Regulares, qui in aliquam censuram incidunt.

- 3 Quid si Regulares Sacramentum Eucharistie, & extreme Vaccinationis ministrantur, sine licentia Parochi.

### C A P. Vlt.

An Episcopus in ijs casibus, in quibus Iurisdictionem habet in Regulares, possit contra eos per censuras ecclesiasticas procedere.



Egant DD. quos refert & sequitur Quarant. in ver. Præcedentia vers. an incasu. Vnde Valp. in Prax. Iudic. cap. 42. n. 26. censet. Episcopum posse quidem censuris cogere Regulares in casibus, in quibus in iure communis, vel in Concilio specificè datur hæc potestas, sed non in alijs: cuius sententiam probabilem dicit Lezan. in Sum. 10. I. c. 11. num. 14.

Sed contrarium Sac. Congreg. declarauit die 7. Februario 1633. videlicet, Episcopum posse etiam sub censuris ecclesiasticis compellere Regulares in ijs casibus, in quibus in eos illi tribuitur Iurisdictione iure communis, Sac. Concilio, ac constitutionibus Apostolicis, ut refert Lezan. in Sum. 10. 3. ver. Exemptio Regularium n. 13. & ita etiā tenent DD. apud Barb. de offic. & pot. Episcop. par. 3. alleg. 105. n. 13.

Verū hoc non procedit quoad Regulares habentes priuilegiū, quod